



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

Dissertatio Pro Septima Die. De perfecta abnegatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

DISSERTATIO

Pro Septima Die.

De perfecta abnegatione.

ENtibi, bone lector, negotium sanè quàm difficile, ad quod tamen Redemptor tuus te invitat, ut id, dum porrò vives, exer-
ceas. Id verò est, ut naturali vitæ, quam ha-
beris secundùm affectuum tuorum impetum
transisti, finem denique statuas, & deinceps su-
pernaturalem aliquam ordiaris, id est, mori tibi
necesse est, ut soli DEO vivas. Considera:
quanti momenti res sit, quam propono, quæ
meda eò te perductura sint, & tandem quid stu-
dij in hoc negotium impendi deceat?

I. Ingens profectò bonum sit, necesse est,
quod ex hac tuimet abnegatione in te redunda-
tur, quando infinita Sapiencia tam caro illud
pretio venale nobis proponit. Certè, tibimet
renuncies, oportet, si bonum illud gestis
consequi, minus aliquid nequaquam sufficit;
multa tibi heri de divitiis, honoribus, volupta-
tibus relinquendis dixi; si persuasi, & eum tibi
annuum indidi, ut hæc vitæ temporalis com-
moda promptè abiiceres, multum jam est,
quod obtinui, longè jam in Spirituali via pro-
gres-

gressus es. Cæterùm nondum ad extrema
neris pertigisti; rejectis enim omnibus, tempus
etiam, ut relinquas, necesse est.

Ad hoc, cum primùm Salvatoris nostri
tes capisti sequi, temet velut sacramento
dam obstrinxisti. Audi ducis tui Verba:
*vult venire post me, abneget semetipsum, &
lat crucem suam, & sequatur me.* In cruce
cum ipso, si sincerè sequi lubet, ascendas non
est, & illic confixus perseveres, dum cum
moriaris. Res utique sat̄ ardua, & hæc
ta illa hominis crucifixi cum Jesu, de quo
Paulus loquitur, cum asserit: *Iustum est
vivere. Nempe carnis, & sanguinis concupiscentiæ
audienda non sunt, neque admittendæ
mum humanæ rationes, sed quicquid vivit
ex Jesu Crucifixi legibus & doctrinis vivit
necesse est, nobis videlicet, & toti mundo
tui. En tibi, quæ deinceps Vitæ tuæ funis
ratio, infestissima semper amoris proprii
catis appetitibus: hunc enim cum uno idem
scindere non possis, remanente nimirum
semper stipite, illud tamen omittere nunquam
debes, ut ramos, & maligna germina
identidem gignit, generosè refecet; neque
tentus sis illa naturæ desideria non audire,
bus delicias suas à te exigit, sed affligas*

bellum animi tui partem, & id omne animosè
requendum illi imperes, quod ut horridum,
& difficile abominari solet.

Cave horreas ad hæc præcepta, & amoris
proprij questibus, ac lamentis ejus attendas; sat
scio, omnem ille operam adhibebit, ut persua-
deat, tam esse tristem, & intolerabilem hunc vi-
vendi modum, ut amoris planè nihil mereri
possit. Sed, ut dixi, ex fide hîc oportet vivere.
Obstrue igitur animum humanis rationibus, &
ad æternitatem mentis oculos erige; vide, quid
illuc generosi fructûs ex viva hac morte, vel
mortua hac vita pullulet. Mori debet granum
in terram jactum, ut fructum pariat. Neque
sunt alia, quæ boni nomen promerentur, nisi
quæ in Patria nobis servantur, & terrestrium
jacturâ comparantur; quæ in terris vanissimi
amatores diligimus, bona non sunt, fallaces
bonorum umbræ sunt. Si quid verè gestis vive-
re, in cruce vive: Hæc est immortalis illa vi-
ta, quæ utique cum nullis terræ thesauris com-
paranda est. Credis utique, quod assero, bona
gloriæ cœlestis omnes vitæ hujus delicias lon-
ge anteire. Firmissimè, nihil dubito, assentiris.
Ergo seriò hanc æternarum Opum præstantiam
aspice, & sanè fieri non poterit, quin dulcis
illa

illa mors futura sit, quæ vitæ tam beatæ futu-
est genitrix.

Sed nimirum admitti ad hæc gaudia de-
ras, quin abiicias, quæ hîc videntur dulcia, quæ
tibi met, ut dixi, renuncies, & penitus mori-
Rem desideras, ut parcissimè loquar, par-
xam, & quam nunquam assequeris. Aspice
auctorem fidei tuæ, & Consummatorem
Nunquid oportuit illum pati, & in cruce mori
& ita intrare in gloriam suam? & molliorem
tibi semitam spondere ausis? hîc sanè mori
cum ipso debes, si illic contregnare eidem de-
deras. Hoc in ipso jam baptismo professus
& toties idem sacramentum iterasti, quod
JESUM, tanquam Redemptorem tuum, videris
tus es.

Esse enim Christianum, & vivere Christi
ritu, quid est, quàm esse similem Christo
suo, & vitam sanctissimis ejus exemplis con-
formare? aliter autem vitæ suæ rationes imi-
tuere, quid est nisi bestiam imitari, sententiam
blandimentis deditam, aut hominem immo-
ratis vanitatum amoribus penitus mancipatum
aut demum, ut mitissimè sentiam, infidelitatem
ejusmodi sapientem moribus referre, qualem
Ethnica quondam antiquitas venerata est, &
qualem sibi tanquam virtutis exactissimam

antiqui illi Philosophi confinxerunt? Et
quæquamvis hujusmodi nullus adhuc in terris
apparuerit, ut pertigerit etiam ad commentiti-
am illam antiquæ Sapientiæ virtutem, quid
conducat hujusmodi probitas? Certè natura
cunquæ sancta, & innocens, apta non est, ut te-
lo inferat. Nisi fidei sequaris ductum, pro-
aberrabis à Patria.

Sed per DEUM, & per illum, quem tibi met
obes amorem salutis tuæ, te obtestor, ne dimi-
tato solùm animo hanc ducem sequere: Uti
prorsus necessarium est, ejus dictamini in
quibusdam rebus acquiescere, ita prorsus est de-
siderabile & jucundum, mente integra ejus se-
consilii permittere. Hæc enim fidelissima il-
lustratrix est, quæ & ut cognoscas, & ut se-
quaris, quæ verè bona sunt, facit. Ut quid na-
turæ cæcipientis oracula adoras, quæ non servi-
unt, nisi damnationi tuæ.

Et hæc quidem Consideratio Utilitatis, in
nos ex perfecto nostrum odio redundantis, effi-
cior est ad crucis amorem nobis commendan-
tam, quàm nihili, & peccatorum nostrorum
cognitio. Reus enim, qui ad capitale supplici-
um educitur, non satis habet, ad jucundè acce-
ptandam, quæ infertur, mortem, si criminum
horum enormitatem solùm, & justitiæ æquum
rigo-

rigorem consideret, sed necesse est, ut profecto
 in animū demittat, se hāc publicā, & infamā
 stigatione pœnas illas tantisper mitigaturū,
 Divinæ Justitiæ severissimas deberet, & plus
 bi eorā Divinis Oculis ex imminente sup-
 cio accessurū gratiæ: et sic tandem factū
 ad excipiendam æquo & prompto animo fa-
 lem sententiā disponetur, quandoquidem
 alio jam favorem neque sperat, neque desidet
 nisi à sola Conditoris sui suprema Bonitate,
 cujus gratia, si moriatur, omnium vocem
 metam attingit. Verum quidem est, quod
 gatur quodammodo hic talis, ut sanctè
 mori, sed violenta tamen morte. Nunquid
 tem gratius illi esset, si mortem non carni-
 manu, sed ex proprio arbitrio, absque
 mia sanctè liceret excipere, nullā aliunde
 lentā manu illam inferente? Nihil, credo,
 bitabis. Sed applica parabolam, nunquid
 vinæ Majestatis læsæ reum te fateris? nunquid
 in ipso cordis tui centro contra te quæstio
 movet Divini Numinis Justitia? nunquid
 telligis, temporalis ut minimum mortis te
 um esse? Certè sanctas cæteroquin memo-
 unicum peccatum Veniale huic supplicio
 noxias fecit. Fac ergo, quod in Civilibus
 nulli reo concessum est, & contra temerari-
 pœ-

officium exerce, atque mortis in te pronuncia-
rentiam, sed vivificæ, & quæ nihil in natura,
quæ immo-dicos affectus perimat; & illa non
tantum placabit Divinam Justitiam, sed te
quoque ad magnos in gratia coram DEO tuo
profectus attollet, & ad veri solidique boni con-
secutionem mirificè promovebit.

Sanè si valetudinis desiderium ferrum, quo
vel vena panditur, vel membrum à corpore re-
secatur, gratum tibi esse, & acceptum facit, &
omnem medicinæ amaritudinem tollit, nun-
quid justum omnino est, ut æterna illa bona,
quæ fidei beneficio animæ altum impressa,
continua hujus abnegationis acerbiter tem-
perant? Quantumvis igitur humana ratio au-
geat, & exaggeret virtutis difficultatem, nihil
persuadebit, si illico ad ea, quæ fides docet, men-
tem erigas; & si immortalis illius fructus, qui
ex hac morte nascitur, præcium contempleris,
transcendet omnis, quæ præsens videtur esse, acer-
bitas, & in suavissima mercedis, ac præmiorum
expectatione quodammodo absorbebitur.

II. Jam verò, quàm vellem ego iter tibi ali-
quod monstrare, quo & securè, & sine labore
ad hanc tuimet in omnibus victoriam pertin-
eres. Satis hoc quidem mihi persuasum est,
quàm ita cordi tibi esse, quàm ad virtutis hujus

M m

per-

perfectionem aliquando evadere. Sed vide, te vanâ serij cujusdam desiderii imagine patris decipi. Sicut ad humilitatem via non est, nisi quam humiliationum exercitatio frequenter sternit; ita mortem violentam non opprobriis absque præviis, qui eam inferant, dolentibus. Quâ ratione, putas, morietur, qui mortem quidquid ad vitam, ejusque commoda perire retentum sibi vult? Intelligis, opinor, non velim; nunquam scilicet tibi morieris, quod diu naturæ nutrimenta non subtrahis, & non infers tormenta, quæ adversantur tibi ejusdem appetitibus. Hoc totum est, quod moriaris tibi, necesse est fieri. Nihil oportet rem pluribus explicare: in præxim cura consistere, quæ paucis hîc suggesti, & ab hoc momento, quotidie, & rebus in omnibus tibi morere.

Una solùm in re peculiari adhuc divitiarum mine indiges, quod à DEO, & à Patre tuo rituali postulabis: ut intelligas nimirum, quæ nam illa sint, quibus fovetur refractaria tua vita quam auferre desideras, & quibus illam adversis exerceri, ac debilitari opus sit? Magna enim hîc errorum esse potest periculum, si corporis & animæ non levi detrimento, si prudens consilium moderetur, quæ agitur.

edere oportet proprio in rebus nostris sensui,
ad illorum decet acquiescere consiliis, quos vi-
de duces Divina nobis Bonitas constituit.

III. Denique ad praxin virtutis, de qua ser-
mo est, quod pertinet, nihil dubita, illam tene-
re viam debere, quam jam nunc designo. Etsi
generatim verum sit, non acquiri posse habitus,
sive actuum, quos proprios habent, beneficiorum,
longè tamen id in hoc negotio certius est: cum
remissior abnegationis usus, & perpetua na-
turalium desideriorum, quibus indulges, intem-
perantia, rebellis voluntatis pravas inclinatio-
nes, velut totidem intestinos hostes pro indul-
gentia, quâ remetipsum tractas, ratione fove-
ant. Neque enim ea est hujus negotij, quæ alio-
rum habituum, ratio, in quibus etsi non lu-
creris, nihil tamen detrimenti facis, quando cir-
ca proprium eorum objectum non operaris.
Hic enim vel non lucreris necesse est, vel per-
das, quidquid enim agis, ad virtutis hujus op-
erisque vitij naturam pertinet, cum omnia,
vel conformia sint naturæ desideriis, vel adver-
sa. Unde fit, ut in hujus virtutis exercitio re-
missus esse nequeas, quin hoc ipso jam deficias,
si neque adeò quotidie progredi necesse sit, nisi quo-
tidie retroire velis.

Constantem ergo, & perennem hanc vigi-
lan-

lantiam serio tibi impera. Et hoc primo
quod observes, esto monitum.

Secundum istud esto. Quamvis eò
animi tui intentio directa esse debeat, ut per
etissimè temet noveris abnegare, & veterem
Adamum ita in te conficere, ut totus novum
duas; quamvis item neque sanitati, neque
ta parcere debeas, si id DEI tui honorifica
git; quamvis denique illa, quæ minus, quam
ta, & sanitas habent pretij, in Conditione
obsequium promptè debeas impendere, nisi
minus sub ipsa adhuc virtutis hujus iniuria &
dimenta, ea nondum debes tentare, quæ
dere solent, qui maguos in ea progressus jam
cerunt. In omnibus enim ordinatè
aggredi, quæ tentamus, & prudentiæ
bus, habitâ etiam virium nostrarum ratio.
Quippe cùm non nisi sanctum aliquod
tis hujus desiderium adhuc habeas, facile
larum rerum praxi obruereris, quæ cùm
us non nihil profeceris, videbuntur aliquæ
levissimæ: & quod vitiosum esset in bono
qui te sit perfectior, id in te, qui adhuc incipi
tium classe non egressus es, nihil merebitur
tuperij. Non igitur id omne tibi ferendum
dicato, quod alij quidam facile admodum
stârunt; sed consilio tantisper mitiori
quædam

melce: cum vires temporis progressu crevent, majus etiam onus promptissime feret.

Quamquam meminisse te velim, peccato quamquam integrum esse consentire, quidquid tandem sit, quod idcirco pati opus sit. Cave ita imperite tibi blandiaris, ut putes excusabilem te fore, si dedita opera peccatum committas. Etsi enim verum sit, quod tanta virtute non expectetur, quanta ab homine in virtutum studio multum jam progresso, indubium tamen est, pari industria & te, & proficientem quemlibet, te jam probiorem, peccatis debere obistere. De illis autem noxis hic loquor, quae deliberata mente solent committi.

Tertium adhuc superest, quod hac in re te monitum velim. Id verò est, ut industria quam ad obtinendam de affectibus tuis victoriam utare. Hoc ages, si, quod amœnius in singulis rebus est, illud attentius intueare, dissimulatam tantisper, quam includunt, difficultate; si tunc ad omne bonum, & illud maxime, quod naturæ adversatur, infirmitatis memineris; si nunquam victoriæ difficultatem, & quam tecum feret, amaritudinem solum consideres: hoc enim & fastidiosum tibi foret, & vires frangeret, & paulò post, quæ generosè cepta sunt, legniter omittere cogeret.

Mm 3

Nem

Nempe qui nullâ lucrispe, nullo solatii
 dimento labores suos mitigat, facile sub
 fo onere fatiscit. Si pedes, & onustus iter facit
 tantos progressus nunquam facies, quanto
 qui in curru sedens tranquille idem tecum
 conficit. et sicut corpus nimis laboribus fra-
 gitur, ita neque animus inter violentos nimis
 conatus durat: Et carni igitur & menti
 quisquis in virtutum studio, tranquillitate
 prudentis ac moderatæ industriæ est impatiens
 Ut durabilis ergo sis, neque ita vires tuas
 statim conatibus exhaurias, idoneum certamen
 ni tuo, quo naturam laceassis, solatiû adhibe
 Huc faciet considerare, quidquid quoquoque
 do dulcedinis aliquid, acerbæ cæteroque
 gnæ poterit aspergere. DEI igitur, cui sermo
 immensam Majestatem intueri; infinita
 dem beneficia in mentem revoca, quæ
 generosam à te pugnam exigunt, quam pro
 ti Largarioris honore debeas suscipere; in Salu-
 torem nostrum ex infamice cruce pendente
 oculos conice, teque ad dolorum suorum
 communionem invitantem audi. Præter
 contemplare dandum pro tuis laboribus; & à
 lud denique tecum reputa, quàm leve sit, quæ
 quid pateris, si cum Inferorum, quæ evitas
 plicis conferatur.

Hæc

Hæc, & similia, si animo ut occurrant studearis, amœnam in rebus acerbissimis dulcedinem experieris, & multum ad victoriam ex iis sumes præsidij. Cœterum non est, quod veteraris, ne infirmitatis tuæ vitio omittere debeas generosa hæc certamina. Si tibi diffidas, promptum erit è Cœlo subsidium; hoc solum age, ut, quas Benignissimus DEUS submittet gratias, iistu sincerè, & seriò ad dantis gloriam utaris, neque dubita, quin prodigiosa in te operatura sit Divina Conditoris tui
Manus.

